popoſcit. Reſtant adhuc exemplaria duo, quibus emptores facile reperiam. Quid porro de pecunia cum acceptâ, tùm Academica, quàm ſingulis momentis habere potero, ſtatuendum ſit, tuam ſententiam expecto. Putem Ulmenſium ſtudioſorum (qui plures jam hic) alicui reddendam: cujus parentes Ulmæ Tibi eandem repræſentent. Literæ tuæ non ſunt ad manum, ut ad ſingula capita reſpondeam, nec etiam per invaletudinem ultrà pergere poſſum. Eruditiſſimum virum D. Hebenſtreittum, cui proximâ occaſione ſcribam, officiosè ſaluto. Vale. Argentor. $\frac{3}{13}$.Febr. 1628.

Has literas eodem exemplo miſi Pragam, ubi nunc agere te ſuſpicor: ut alteræ ſaltem te inveniant, ſi non & alteræ. Ex D. Joanne Schmidio J.C. Mathematum amantiſſimo, &